 dicere sicut aliqui dixerūt et scripserūt tem
 pibus istis q̄ vera sacramenta et veri sacer
 dotes et veri epi et verū corpus christi et ve
 rus baptismus cū similib; non sint in hac
 parte obedientie vel in illa.

Cōsideratio. XIII

Aseribilis est vicarius sp̄sus ec
 clie. p̄ ipsam eccliam. aut genera
 le conciliū quo ad executōem licē
 tam eorū omnīū que potestātē ordinis re
 spiciūt. id est q̄ non licite talia ager. Data
 quippe est papalis potestas ipsi ecclie. et
 sua est. sicut est ipsi pape. q̄nis alio et alio
 modo. **S**ua est in quā et pape. ad edifica
 tionem ecclie. nō ad destructōnem. **Po**
 test ergo vsus talis potestatis tolli. vel su
 spendi p̄ eccliam ab eo qui vellet vti mani
 feste in perditōem ecclie. aut membrorū
 suorum tali dignitate. vnde et si potestas
 ordinis sit immediate a deo. sit etiā inde
 lebilis. tamē vsus ipsius multū dependet
 ab ecclia et a rectorib; suis qui vices eius
 exequūtur. **E**t hic fundabilis est possi
 bilitas subtractōis vel suspēnsionis obedi
 entie ab aliquo in papā rite electo. Nam q̄
 obedientia tali prestet est preceptum affir
 matiuū. quod nō obligat pro semper. nec
 in p̄ncipem ecclie. **S**i viderit ergo ecclie
 q̄ prestare nūc obedientiā pape in am
 ministratōne ordinum. sacramentorū et si
 miliū fieret ecclie perniciosus/ et pape in
 instrumētum malicie. cur nō suspendere
 potest huiusmōi obedientiā. quousq; nul
 lum in obediēdo cadat periculum? **D**ec
 autem subtractio obedientie magis ad
 huc fundabilis est in his que sunt tempo
 ralis administratōnis. **S**ed vtrum
 hec obediētie subtractio vel suspēnsio vale
 at p̄ aliū q̄ per eccliam vel generale conciliū
Forte videretur respondendū negatiue. p̄
 sc̄tum si fiat sermo de subtractōe generali

De auferibilitate pape

et autoritativa. et que ligat omnes de ecclesia in hoc stare. Secus est de subtractio-
ne particulari. quo ad hos vel illos. que non
feruntur autoritative. sed vel doctrinaliter et in-
sinuatiue. vel necessitatis quadam inductio-
ne. **I**nbebit (Exempli gratia) summus
pontifex coram theologis expertis que fide-
les credant spiritum sanctum non procedere a pa-
tre et filio. dicimus que theologorum erit do-
ctrinaliter resistere. et dicere que sibi non obe-
diatur. **I**nbebit alter summus pontifex que
vastetur regnum francie igne et gladio. dici-
mus que regis erit resistere et iubere que ei non
obediatur sed resistatur. hoc enim fas est age-
re cuiusque in quem illicitum vellet inferre
etiam verum papam. **N**on est par inbebit
ipse idem que unio ad pacem ecclesie. non quera-
tur vijs conuenientibus. et congruis. aut etiam
per eum iuratis aut que ecclesia nequaquam con-
gregetur ne forte ipsum eiciat. **D**icimus que om-
nium catholicorum erit resistere et non obedire.
Qui sit aliquis que totam presidentiam su-
am. et papalem dignitatem. conuertere velit in
instrumentum nequicie. et destructionis ali-
cuius partis ecclesie in temporalibus vel spiri-
tualibus. nec pateat sufficiens remedium aliud
nisi subducendo se ab obedientia talis po-
testatis seuietis. et seipsa abutentis. et hoc
ad tempus. vel quousque ecclesia vel concilium
prouiderit. hoc fas erit. dum tamen illud age-
re pia quedam impellat necessitas. non libi-
do. seu cupiditas assumendi improbe vela-
men malicie libertatis. **F**atemur enim duo
illa nullo modo debere fieri. nisi manifes-
tis causis urgentibus. ne in toto corpore eccle-
siae deterior et generalior scissura fiat. et
inducatur. dum particularia membra consue-
scunt non obedire. **S**icut notat aristoteles
in politicis pessimum esse consuescere non
obedire principi siue regi. Quantomagis
erronea et dananda est assertio. que licet uni-
cuique subditorum. mox ut aliquis est tyrannus.
ipsum vijs omnibus fraudulentijs et dolosis si-
ne quavis autoritate vel declaratioe iudi-
ciaria. morti tradere. presertim si addat hec
assertio que tyrannus ille omnino est qui non pre-
est ad utilitatem subditorum sed de hac re ali-
bi. de qua viderint assertores.

Consideratio xv.

Auferibilis est vicarius spiritus ecclesie per ecclesiam. aut generale concilium perpetuo vel ad tempus. quoad

ea omnia que sunt iurisdictionis. Satis in-
directe. deductio consideratio istius pa-
ter ex precedenti. Nam possunt ab aliquo ri-
te in papa electo tolli tam de iure quam de fa-
cto subditi in quos debet iurisdictionem
exercere ita per indirectum iurisdictionem non sub-
sistet. **U**trum vero directe et absolute pos-
sit omnis potestas iurisdictionis a papa
rite electo remoueri. possit esse duplex ima-
ginatio. quo ad aliquas iurisdictiones qua-
lis est iurisdictione respiciens sacramentales
absolutem. que alterius est rationis quam alie
respicientes forum exterius. Hanc enim iurisdic-
tionem habet confessor pape super ipsum.
cui tamen non posset comunicari iurisdic-
tio in foro exteriori supra papam. ut que
posset excommunicare. Hanc in super iurisdic-
tionem habet in casu necessitatis omnis sa-
cerdos apud peccatorem sibi volentem confi-
teri. **D**iceret ergo aliqui de hac spiri-
tuali iurisdictione sicut de potestate ordinis.
que licet in auferibilis sit in se et in sua essen-
tia. tamen est super usus impedibilis modis
tactis. Sicut etiam impediuntur scismatici
et heretici prescisi ab ecclesia ne quisque eis nisi
in casu necessitatis debeat confiteri.
Dicerent alij que talis iurisdictione non sola
impeditur in suo usu sed etiam tollitur mi-
nisterio ecclesie. et prelati superioris dum degra-
dat hereticus aliquis prelatus. vel sacerdos
hoc quia descendit de tollere ab illo
sacerdote potestatem diuinitus sibi collatam
per ministerium talis. tanquam per causam si-
ne qua non sicut imaginant doctores mul-
ti de potentia collata sacramentis respectu
gratie quam figurat. non enim attingit illa vir-
tus actiua sacramentorum substantiam gra-
tie. sed tamen sunt causa sine qua non talis
gratia nequaquam crearetur. Sicut preterea
dicimus de infusione anime in embryone
dispositum. Et magis ad propositum de
recessu anime a corpore per inductionem
discoueniens qualitatum. presertim si ima-
ginemur que anima sicut creabatur prius.
ita nunc annihilaret consequenter ad has
dispositiones vel ad alias. **U**el exemplis
ficemus de annihilatione gratie per pec-
catum mortale. **A**duertamus tamen
in hac materia que oportet nos concedere
consequenter ad premissa et ad factum ce-
lestini qui cessit papatum. que papatus non
dicat ordinem super sacerdotium. vel epi-
scopatium. **Q**ui insuper non dicat iurisdictiones

inabdicabilem humana voluntate supra episcopatum. Alioquin tunc temporis remanerent duo habentes papalem dignitatem. aut talem que fuisset superior ad episcopalem vel archiepiscopalem. **O**porteret ut videtur consequenter dicere quod mortuo vel cedente bonifacio qui in locum celestini successit. ipse celestinus potuerat assumi in papatum sine noua alicuius ordinis vel potestatis iuridice essentialis et inabdicabilis collatione. quem admodum dicimus de episcopali dignitate in his qui fuerunt degradati vel deiectioni. qui iterum possunt restitui nulla consecratione noua facta. **D**e autem consideratione proficiunt studiosis ad cognoscendum magis et magis quid dicat vel impoitet et quod non papalis dignitas. et qualiter potest exercere iudicium ecclesie circa papam. **H**ortetur Bonaventura in distinctione. xxv. quarti ubi dicit si episcopatus sit ordo supra sacerdotium et ponit quod neque episcopatus neque papatus dicitur nisi plenitudinem aliquam. vel dignitatem in ordine. et ordinem nouum nullum addit.

Consideratio. XVI

Atribuitur est vicarius sponsum ecclesie per ecclesiam aut generale concilium ut dictum est et dum hoc enunciat probabile est quod magis fiat destitutio et iuridice. quam solam declaratiue seu dictatiue seu consiliatiue. **F**uerunt due opinioniones ut alias tangebatur de destitutioue pape. **A**na ponit quod papa dum labitur in heresim. iam damnatus est. et eo facto per deum depositus. et perdidit iure diuino papalem dignitatem siue hec heresim sit secreta ut ampliat aliqui. siue sit manifesta. ut placent alijs loqui restrictius. **C**redunt alij quod nullus rite in papam electus redditur per aliquod crimen. eo facto depositus licet bene sit deponendus. et manet talis rite electus semper papa. usque ad sententiam depositiōis latam contra eum. per ecclesiam vel generale concilium. aut nisi cesserit sponte sua. quem admodum in alijs episcopatus dignitatibus minoribus dicunt esse certum. **I**ta quod resolutio finalis huius opinionionis. quam nunc dicimus probabilem. stat in hoc quod sicut nullus efficitur papa lege stante et nisi fieret noua reuelatio vel miraculosa institutio. nullus inquam talis rite efficitur papa. nisi per legitimam electionem dominorum cardinalium. aut aliorum quibus hec potestas col-

lata fuerit per ecclesiam. aut per generale concilium. sic nullus talis rite electus desinit esse papa. nisi per destitutiōem legitimam factam ab ecclesia. vel concilio. vel alijs quibus voluerit conferre ecclesia vel concilium huiusmodi potestatem. qualis nondum collata esse reperitur. **P**robabilitas huius opinionionis fundata est. alias in alio opusculo. **E**t nunc breuiter repetamus dicentes aliquid. **P**rimo quod status hierarchicus in ecclesia debet esse certus et constans. **D**a operosum. **I**am ecclesia non fuisset sufficienter instituta. quia subditi remanerent semper expositi discrimini peccati mortalis. inobediendo vel non obediendo suis superioribus. cum non possent eis consistere sufficienter. quando superiores ius perdidissent in presidendo. vel ipsum retinerent. **A**c proinde dicimus consequenter quod titulus Ecclesiastice dignitatis vel auctoritatis. non est fundatus in sola sanctitate. quem admodum dixerunt heretici qui nominabantur pauperes de lugduno. et alij similes. sicut deducit Bonaventura in distinctione. xxv. quarti. **A**lioquin nihil esset certum in actibus hierarchicis. **S**icut nemo scit an odio vel amore dignus sit. **E**t eadem radice pateat quod per prescientiam vel reprobationem eternam. non datur vel auferretur prescise titulus ecclesiastice dignitatis. **N**am Judas prescitus fuit apostolus. et multi predestinati carerent tali dignitate. **S**equitur amplius quod titulus ecclesiastice dignitatis non est fundatus in donis gratuitis latentibus in anima. quia de illis consistere non potest subditis. nisi forte per reuelationem. et presertim si sint dona que statim habita statim perdi possunt. quod dicitur propter caracteres indeliberes. postquam semel habitum sunt. et de quibus presuppofita fide. potest haberi sufficiens certitudo. dum aliquis rite suscipit sacramenta imprimetia tales caracteres. **A**ddamur **R**ursus quod sicut iniustus homo sine charitate et in peccato mortali potest iuste dominari temporaliter. et esse rex vel princeps iusto titulo. **S**ic etiam potest esse episcopus vel sacerdos. **E**t hoc sequitur ex prioribus contra imaginatiōem aliquorum nostris temporibus in anglia. et alibi. qui posuerunt omnem dominium et omnem dignitatem fundari in iusticia charitatis et sine ea nihil potest esse iustum neque iuste fieri neque possideri. quod vtius repugnat assertionibus

De auferibilitate pape

sacre scripture in locis plurimis/in quibus
idolatrie et pessimi homines et reprobi ap-
pellant reges. ut Saul et Achaz. Unde
et ipse docuit quod pharisaeis et reprobis dare-
tur obedientia in doctrina eorum. dum ait.
Supra cathedram moysi sederunt scribe et
pharisaei/que dicunt facite etc. Dicam^{us} con-
sequenter quod dignitates ecclesiasticae non fun-
dantur in fide interiori/neque in spe sancta. ne-
que in caritate. patet ex eisdem fundamentis.
Ac proinde sequitur ulterius quod deficiente
fide in aliquo prelato. non est consequens ut mor-
penderit pastoralem dignitatem quia nec fi-
des est necessarium eius fundamentum. Pa-
ter amplius quod canones sacre scripture. ac
summorum pontificum dicentes hereticos esse
vitandos tanquam ethnicos et anathematiza-
tos. vix dicunt dum constat eos tales esse. et
maxime per sententiam iudicariam. aut propria
confessione. aut facti eundem. Nihilominus
quod tales sint eo facto depositi a dignitatibus
et quod eas perdiderint sine destitute non habet
ex eisdem canonibus. Aut si alii canones vi-
deant hoc sonare de notoriis et manifestis
hereticis/ qui sunt eo facto depositi intelli-
gi possent quod contra tales non requiritur processus
iudicialis. ordinatur ad degradandum eos per
sententiam diffinitivam. sicut in occultis et non
confessatis oporteret. Dicam^{us} ergo conclu-
dentes probabiliter. quod sicut humana electio dat
ius et titulum ad papalem dignitatem si homo
sit capax huiusmodi electionis. atque dignitatis. et si
sit viator baptisatus/ sit per humanam desti-
tutionem perdit illam presidentiam non aliter.
eo invito. siue sit hereticus siue sit scisma-
ticus. Et dum opponitur quod hereticus non
potest esse membrum ecclesie/ quanto minus potest
esse caput eius. vel vicarius suus. aut sponsus
multa in hanc sententiam. Respondetur quod
hec ratio vel similis si bene perpendatur/ om-
nino fuit illa que fundavit omnes errores de quibus
prerogatum est. quod solus iustus iuste defini-
tur. vel est sacerdos vel presbiter. et ita de simi-
libus. Notemus ergo sine processu lon-
giori/ quod multe sunt conexiones membrorum
in corpore mystico ecclesie sicut diverse sunt
in eodem corpore unitates. Una est enim
unitas caritatis. Et ita soli habentes cari-
tatem dicuntur vere membra ecclesie. Alii quam-
tumcumque fideles. sunt vel ut precisa velut
arida. et emortua membra imo sunt per di-
tores domini sui. nec de familia eius. hoc
modo dici possunt. nec sunt digni pane/

quo vescunt. **C** Alia est unitas in donis
nature. sicut omnes homines/ connectuntur
in intellectu et in ratione. Alia est unitas
in simili participatione sacramentorum. et pre-
sertim in unitate baptismatis in quo character
imprimatur in qua unitate connectuntur om-
nes qui baptismate rite suscepti. etiam ubi
fidem actuali. vel habituali. perdidissent.
Et hec unitas videtur absolute sufficere ad hoc
quod aliquis rite in papa electus/ maneat ca-
put ecclesie quousque fuerit per sententiam dif-
finitivam depositus. **N**olo tamen proprie-
rea dicere quod semper sit obediendum tali here-
tico/ vel non sibi resistendum aut quod sit appel-
latio papalis dignitatis honoranda. Quo-
nia in casu sicut iam tactum est posset papa
verus manens papa licite etiam ligari. vel in
carcerari. vel in mare demergi quanto ma-
gis posset obedientiam sibi. vel reuerentialis
nominatio denegari.

Consideratio. XVII

Auferibilis non est vicarius sponsus
ecclesie. rite prius electus. quin pos-
set creare veros sacerdotes/ et epi-
scopos. et alia facere que ordinem suum respi-
ciunt in tali plenitudine receptum. absque hoc
quod iterari debeant ea que fecisset/ quod valida
sunt iure diuino. quibus peccabit ipse cum
principibus suis si hoc attemptauerit. **C**on-
similiter ea que iurisdictionem puram respiciunt. illa
possunt dici valida que egerit talis quod di-
tolerat ab ecclesia. et hoc iure seu approba-
tione totius ecclesie. vel precedentium pontificum.
et conciliorum generalium institutione. preterea ni-
si aliunde ex culpa subditorum talia reddita
fuerint inuvalida. quod participant in crimine.
Rursum hec consideratio multis dubita-
tionibus que potuerunt oriri/ durante hoc
pestifero scismate. tam in collationibus ordi-
num. quam in dependentibus et collationibus
beneficiorum et similibus. ubi facilius se et pe-
dit opinio quam probabili modo possumus
in precedenti consideratione circa obiecta. **S**ul-
tum perdest in super eadem consideratio ad ce-
leriores et expeditiores terminandum scisma-
tis. per viam cessionis. omnia qualibet dis-
cussione facienda.

Considera. XVIII.

Auferibilis est vicarius sponsus ec-
clesie tanquam hereticus aut scismaticus
etiam ubi in casu. ipse non est veraciter

z mentaliter talis. ¶ Assignem⁹ summari
casus aliquos circa personas alias. qui si
milit possunt in papā cadere. Duos inue-
nim⁹ in iuribus expressos. ¶ Un⁹ est dū ali-
quis sustinet excommunicatiōem vltra an-
nū. z citatur sup materia fidei. nec respon-
det. ¶ Alius dū citat⁹ corā iudice renuit
prestare iuramentū. Talis a liq̄s poterit
manere semp verus fidelis atq̄ ipse tanq̄
hereticus iur⁹ p̄sumptiōe dānabit. ¶ Ter-
tius assignatur casus si timore mortis vel
alia passione mot⁹ q̄s vocali negat ea que
sunt fidei. nec possit aut velit sufficiēter se
purgare. ¶ Quartus casus vbi p̄ act⁹ he-
reticales. aut idolatricos. habebit p̄sum-
ptio vehemēs cōtra aliquē. z talis nec pos-
terit aut velit sufficiēter se purgare. Dicū-
tur autē actus hereticos vel idolatrici. q̄
sunt cōtrarij vel oppositi actib⁹. quib⁹ so-
let fieri p̄fessio fidei. z religionis xp̄ianē. z
cultus diuini. sicut est genuflexio corā sa-
cramento altaris. z ingressus tēpli. z simi-
lia. Et in hoc multū valet vsus hoīm. sicut ta-
lia signa. vel talia accipientū. Unde si q̄s
exhibet talia in honorem machometi. vel
idolorū. aut si oppositis factis detestaret⁹
sacramentū altaris. z templū dei. z sacras
imagines. z similia faceret. haberi debet
de heresi z idolatria suspectus. z hoc vlt⁹
bemeret vel grauiter. vel leu⁹. s̄m q̄ plu-
res cause suspitiōem aggrauātes z paucio-
res releuantēs cōcurrerēt. Et hic esset lon-
gus sermo de modo accusatiōnis taliū co-
ram iudicatore. q̄n scz z q̄n nō veniūt iudi-
cialiter in materia fidei vel idolatrie. p̄tra-
ctādi. ¶ Casus quint⁹ inuenit. vbi quis
per falsos testes accusat. atq̄ cōuincit sus-
p̄sus relapsus in hereses iam dānatas. Ille
plane dānabit. z iuste dānabit p̄ ecclesiaz
que nō iudicat de occultis. sed de allegatis
et probatis p̄ sententiā. ¶ Sextus casus in-
cidens cū quarto. vbi quis etiā leu⁹ suspi-
tiōne notatus de fide. vocat⁹ fuerit ad iudi-
ciū. z venire neglexerit. seu cōtēpserit. aut
forte nō potuerit. de qua tñ impotentia si-
dem facere nō valebit. Cum enī summus
pōtēstas iuxta probata prius. possit tā do-
ctrinalit⁹. q̄ iudicialit⁹ denūciari deferti. et
accusari corā cōcilio generali in materia
fidei. z cultus diuini. nō repugnat casus
istos z similes in ipso posse repiri. qui cir-
cūdatus est infirmitate sicut dicit apls
Experientie voce loquens.

Cōsideratio. XIX. ¶

¶ Describibilis est vicari⁹ sponsus ec-
clesie. p̄ ecclesiaz etiā sine culpa sua.
¶ Quis nō sine causa. ¶ Tangam⁹
similr casus aliq̄s. Vbi corā tota ecclesia
vel concilio generali pponeret. z probaret
per testes q̄ papa q̄ forte est detēns inter-
saracenos iā obijt. z cū ecclesia iā nō pos-
sit cōmode diu⁹ remanere sine papa. vbi
detur oino q̄ in hoc casu conciliū poterit
creare nouū papā z cū nō possint esse duo
simul. videt⁹ q̄ prim⁹ erit destituit⁹ p̄ conci-
liū. Posset etiā destitui. vbi cōstaret de vi-
ta. si de eo ablata esset spes ois redeūdi.
¶ Alter casus est vbi q̄s rite elect⁹ in papam
efficeret adeo inutilis. p̄pter in dīspōsitiōz
corpalem. ac p̄pter carentiā perpetuā vsus
rōis. q̄ per cōciliū iam p̄ eū cōgregatū dū
sane mentis erat. expediret aliter p̄videri
de summo pōtēstas. ¶ Alter casus est vbi
post electiōem canonicā alicui⁹ in papam
p̄ cardinales. ipsi cardinales oēs morirēt
prius q̄ possent electōz suā canonicā pub-
licare. cōstat q̄ ecclesia nō tenet hūc recipe-
p̄ papā. z ita posset ad electiōem alter⁹ p̄ce-
dere. ¶ Alter casus similis stat cū priorū
vbi nullo mō cardinales etiā viuentes
possent facere fidē sufficientē de electiōne
canonica facta circa vñū. q̄lis casus videt⁹
eēt fuisse in scismate p̄nti si bñ p̄pēdat. Et
iō circūstātia ei⁹ multū iustificat p̄cessus
habitos p̄tra illos. p̄tendētes z aduersus
cardiales. ¶ Alter casus p̄pter cōm errozē
aut estimatiōem subditorū. aut ipsoz ma-
liciā generalē de q̄b nō est p̄sumēdū q̄ vñ
q̄s debeat obediētā prestare tali. q̄ fuit in
papā rite elect⁹. tñ alteri nouiter eligendo
pari sunt. vt forte si greci vellēt ad vñitatē
eccle redire. dū mō tollerēt papa iā existēs
z nou⁹ rite canonicē crearet. ¶ Cōfirmat h⁹
imaginatio casus illi⁹ iuxta positiōem in-
nocētij z alioz iuristarum. q̄ dicūt hoīm
expsse p̄fessum in religione. posse vxorem
ducere pro saluatōe magne gentis aut ad
fidem conuersiōe. Cur nō similiter p̄ ali⁹
quo tanto bono posset rite electus. p̄ eccle-
siā aut conciliū generale destitui bono ze-
lo. et integra charitate. ¶ Casus alter
sextus esset vbi per iuramentum et votū
aliquis in Papam rite electus. seipsum
ad cessionem obligasset. sed differret hoc
adimplere. In scandalum populorum.

De auferibilitate pape

putantium ex tali facto pape/ q/ neq/ iura
mētis suis obligant/ neq/ votis/ q/ lem ca
sum habere videmur in manib/ **D**eni
q/ si casus notati in hac r/ precedētī cōsi
deratōe. vix aut nunq/ visi fuerint/ nib/ lo
min/ expediēs est tāgere ad inq/ sitōem so
lidiorē veritatis r/ ad cōfutatōem illoz. q/
in iuribus suis scriptis oīa particula tim
et sufficiēter arbitrantur esse decisa.

Consideratio. XX.

Auferibilis non est vsq/ ad cōsum
mationē seculi vicari/ sponisus ec
clesie/ q/ aliquis cert/ r/ vnic/ pre
ficiat/ r/ hoc lege stante/ r/ p/ supposita mun
di duratōne lōgissīma **D**etur oppositū
tunc ecclia maneret impfecta vsq/ ad con
summatōz seculi/ nec suoꝝ gauderet inre
gritate mēbroꝝ/ r/ p/ fertim mēbz/ p/ cipia
lis. **Q**uo circa cōcludam/ sub q/ drupli
ci corollario morali cōformiter ad p/ dicta
r/ ad alias cōsideratōes alibi notatas su
p/ eadē materia **E**t dicam/ p/ io q/ hi re
pugnāt ordinatōi xpī/ r/ spiritui scō rebel
les sunt/ qui p/ nōtis scismatis terminatōm
impediūt modis talib/ quos sciūt aut sci
re debēt/ ad pacē protin/ reducendā/ eē v/
inutiles vel nocuos vt si querat fieri pap
p/ reductōem vni/ obediētie ad alterā. v/ p/
vim armatā vel p/ dispositōem iuris. q/ nō
sunt pbabilr/ r/ salubriter expectanda **N**ec
sufficit dicere. habem/ papā xpī. sufficit
vt credam/ in eu/ nam talis vniō ad xpī
r/ si sit necessaria/ nō tñ vsq/ q/ sufficit/ vt
in ea stemus nō pcurando q/ntū in nobis
est vniōne alterā ad vniū vicariū suū in ter
ris/ de quo cōstat ecclie **A**ddim/ cōse
quēter pro scōo corollario/ q/ hi fallunt r/
fallūtur/ qui p/ pter affectōem qualēcunq/
cōmodi/ vel honoris/ vel amicitie circa al
terū contēdentū/ tenderēt ipedire suā ces
sionē/ pro impletōe iuramentoꝝ r/ votoꝝ
suoꝝ/ r/ pacis datōe/ si nollent suā deiectō
nē/ vbi hoc agere renuerēt/ imo p/ sus q/ nō
to magis aliq/ fuerit amic/ r/ tanto ampli
d/ hoc querere vt eoꝝ spūs salu/ fiat/ et vt
pateat oībz q/ nō zelo malo zelati sunt eos
aliqu/ sed zelo charitatis. licet forte vel er
ror. vel deceptio in iudicio p/ ticulariū agē
doꝝ/ interuenire potuerit. **D**icam/ p/ re
rea p/ tertio corollario q/ hi nutu dei r/ spi
ritu sancti/ (sicut credendū est) inspiratiōe
tracti fuerūt. q/ ad cōuocatōem sacri concii

lij p/ is celebrādi dederūt operā r/ p/ mpti
tudine prestiterūt/ prestant r/ prestabunt
Ille orando. ille exhortando. hic p/ regens
do. ille compendo. r/ ita de singulis **I**mpe
ditores si q/ essent numerādi sunt inter il
los de quib/ nūc tetigim/ . qui rei sunt de
trimentoꝝ omniū tam tempaliū q/ spiri
tualiū. ex hoc scismate horredo nascētiuz
qualia vix suffecerit tractat/ grādis vel sū
mati enarrare. **N**ā quō patus esset audire
ecclia. qui suā congregatiōem vel nollet
damnabiliter. vel dānabilius impediret/
Danc cōuocatōem pro finali scuto sue p/
rectōnis ad deū. quesitū in morte rex frā
cie karolus q/ntus. **A**d hāc esse debet fina
lis resolutio oīm qui de scismate nolūt in
crepari apud deū. immo ad hoc redit neu
tralitas accepta si bene capiat/ **D**icam/
ad extremū p/ quarto corollario q/ hi qui
sacri conciliū pisanū constituerūt. suffi
cientem habeant autoritatē dei i cōcedi duos
cōtēdētes. aut suos cōplices. si noluerit
parere dictatis p/ hoc conciliū. in cessione
facienda realiter. r/ de facto r/ cito r/ alijs re
quisitis poterūtq/ procedere ad electōes
vnius certū vicariū. qui tert/ r/ indubita
tus ab ecclia poterit debere reputari.
Etia vbi nō oēs obedire vellem sic electo.
quod tamē nō est indebite presumendū.
Ecce ergo viginti consideratiōes quo
dā ordine geometrico se sequētes. Que iū
ctis alijs sedecim in quarū qualibet initi
um est vnitatis eccliaistica **A**dditis q/ alijs
q/ntoz dudū tarascone p/ dicitis. reddūtur
xl. consideratiōes. **E**t he qualē possint af
ferre studiosiorib/ cognitōis materiā. sit
eorū iudiciū qui viderit. **P**ostulem/ tā
dem vt in auferibilis spūs. ecclie xpī.
vicariū certū. r/ vnicū nobis instituat. ad
gloriā noīs sui r/ nostrā oīm salutē. prestā
te eodē q/ est benedict/ in secula se. Amen.
Sedecim consideratiōes quarū hic
mentionē fecit. paulo post subsequēnt.
Quatuor alie in sermōe tarascone p/ dicit
cato. q/ incipit Apparuit gratia dei r/ etiā
subiungentur. **6m**

Sententia Magi

stri Johannis de Heron de modo haben
di se tempore scismatis.

Ad tollēdū quorū d/ in p/ nō scis
mate prinaciā in pbitatē q/ nima
specialiter in patria flādrensi. si p/